

BIBLIOTECA COMUNALE DI TERNI

30

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 34 . 3 - 10

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 34. 3. 10

~~36. 3. 22~~

Ioannis Climaci doctoris
spiritualis abbatis in
mõte synai trigin-
ta gradus scale
celestis: noui
ter emẽda
ti: ac im
pressio
ni tra
diti.

Liber procuratus a R. P. Ambrosio ab Enna pro Conventu Montissalvi Enne.

Appositæ sunt cautiones ind. expung. vij. Panorm. 1618.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

¶ Ad lectores epistola.

INter instituta antiqua auctore ualerio id unum fuisse memoratur q̄ maiores natu in conuiuiis egregia insignium uirorum opera carmine comprehensa canebant quo ad ea imitanda ingenuos adolescentium animos alacriores redderent Nec ab re quidem. Nam magnum habent ad uitam recte instituendam momentum & pondus priscorū uirorum exempla nobis proposita quibus ut stimulis quibusdam & archetypis prouocemur ad uite honestatem amplectendam. Proinde in præcio habendi sunt. ii. libri. qui admiranda maiorum facta posteris imitanda describunt rectamq̄ uiuendi rationem seruandam mortalium oculis depingunt. Inter quos (ut uerum fatear) hic liber non extremum sortiri debet locum in quo de altissima christiane religionis perfectione de uaframentis malarum potestatum euitandis aliisq̄ compluscul is scitu dignissimis affatim disseritur. Eius auctor dictus est Ioannes cognomēto scolasticus: postremo uero a forma editiōis huiusce operis (quod instar scale confecit triginta gradibus digestit: ad celi sublimia quemq̄ subuenientibus more eius scale quam iacob in somnis uidisse refertur) climachus: quod scalarem indicat: nuncupatus est. Nempe climax græca appellatione scalam designat. Cassiano quæ collationes patrum luculenter conscripsit. hic clymacus sinchronusq̄: contemporaneusq̄ fuit miraculis insignarum uirtutum testimonium clarus & corpore quidem terram mente uero cœlos habitans totusq̄ deo deditus extitit: ut ipsa operis lectio patefaciet: Cæterum cum tres feratur præsentis

opuſculi eſſe traductiones: hanc omnium infimam atq; in ipſo uerborum contextu humilimam accipere conſilium fuit: quo paruulis & eloquentiæ inexpertis magis peruia foret ſententia. Verum ipſa uerborum tenuitas haudquaquam debet quempiam offendere aut deterrere. Vt enim debilis eſt ſtomachꝰ qui non niſi delicatum admittit cibum: ita & mens imbecillis quę potius uerborum lenocinio quam ſententiarum ubertate paſcitur, & tunc potiſſimum cuꝫ de recta morum inſtitutione agitur: ubi ſenſa ipſa magis quam dictionum ſeries poderanda ſunt. Quo circa ſapientibus huius mundi & ea quidem ſapientia quæ deo inimica eſt non ſapiet hoc opuſculum: niſi ſtulti in Chriſto fieri laborent: & tunc demum ueram ſapientiam apprehendent. Nonnunquam tamen eodem contextu adiici untur huic tranſlationi pauca quædam annotamenta atq; elucidationes ex antiqua traductione deſumpte: quibus omnia captu facilliora euadant. Neq; quenquam id commoueat pleraq; in eo opere referri aliorum opera: que primo obtutu uideri poſſunt ob ſui excellentiam minus credibilia. Nam uitæ ſanctimonia clariſſimus hieronymus & ſeraphicus ille franciſcus conſimilia egiſſe facta: imo uero & maiora memorantur de quibus tamen ambigit nemo. Verum noſtra fragilitas aliorum uires ſua inbecillitate metiẽs quod peragere nequid: putat ab aliis nequaq̃ id agi potuiſſe. Propter quod in nos recte dici poſſet illud Mantuani.

Noctua phebeum uiſu non ſuſtinet orbem:
Hoc etiam iouis armigero putat eſſe negatum
Sic genus hoc exangue ſuis quod uiribus impar
Autumat: herculeos excedere iudicat auſus.

Valete benigni lectores: & ex ipsius operis lectiõe ad rectiorem morum compositionem (qđ uel maxime optamus) proficite.

¶ Ad lectores carmen.

Ignotum per iter gradiens: ne deuius erret.
Deligit expertum: quo duce tutus eat.
Ad celos qui ferre pedem desiderat æque:
Calle quidem ostenso quo gradiatur erit.
Ducturum ad superos hunc sumite quiq; libellum.
Nempe uiam pandit qui sipt ad astra gradus.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

¶ Incipit uita doctoris ſpiritualis Ioannis abbatis montis ſinay a Daniele monacho ſcripta.

Væ fuerit ciuitas quæ hunc hominem glorioſum & diuinum genuit ac nutriuit antequam exercitatus fuerit in uita monaſtica non repperi ſcriptum ſed in qua nũc habitet ſpiritus eius prorſus non dubito. quoniam in celeſti hieruſalem: ubi nutritur alimento immortali. Vnde etiam tanquam ſidus in firmamento lucet per doctrinam his quorum conuerſatio in cælis eſt. Quomodo autem poſt multos labores illuc meruerit peruenire: ſequenti narratione exponam Dum itaq; eſſet iſte beatus homo ſecundum corporis ætatem fermæ annorum ſexdecim: ingenio autem mentis quaſi canus obtulit ſemetipſum domino ieſu Chriſto hoſtiam immaculatam beneplacentem & acceptabilem ſub diſciplina cuiuſdam uenerabilis ſenis. Et hoc in monte ſinay. ubi ſecundum corpus exterius induit habitum monaſticum: ſecundum uero animam uirtutem induit ex alto. Et ſicut opinor ab ipſa manſione uiſibilis regionis: apud deum magnam meruit utilitatem: ſibiipſi continue uacando. Sicut namq; in eodem monte nouerat legem a deo datam ad dirigendos pedes noſtros in uiam pacis: ſic ibi ſapienter ſuam ſpiritualem incepit peregrinationẽ per quam repulit a ſe impudicam confidentiam & accepit humilitatem pro ſuo ornamento inclinando ceruicem & cedendo minori & obediendo patri ſpirituali & doctori qui eum recepe-rat ſub quo bono & uirtuoſo ductore tranſiuit grãde: profundum: crudeleq; pelagus uitæ fluctuantis

mortificando perfecte seipsum. Cum enim haberet habundantem sapientiam omnium artium liberali-
um addiscebat nihilominus ab uno idiota alphabe-
tum celestis rusticitatis: quod ualde mirabile est sed glorioſum & raro contingens quia tumens philoso-
phia non attingit ad simplicitatem quæ est in Chri-
sto Iesu postquam autem decem & nouem annis ui-
xit sub obedientia in qua sustinendo & uirtuose por tando beata onera . induit se perfecta uictoria sui (præmisso ad supnam patriam suo patre antiquo) iuit ad campum quietis solitariæ: armatus oration-
bus sui magistri tanquam armis potentibus ad de-
struendas machinas tentationum. Fixit mansionem suam quinq; miliariis longe ab ecclesia in loco quæ dicitur tholas in quo stetit imperterritus annis qua-
draginta. Sed quis sufficit enarrare labores dolores & sudores quos ibidem sustinuit: Q uis deniq; posset manifestare uerbis operationes sanctas eius? Nem-
pe difficile est narrare ea quæ fiunt in occulto nemi ne uidente. Veruntamen ex aliquibus notis eius ope ribus libenter audiamus sanctam & perfectam con-
uersationem huius ter sancti .s. sub obedientia: in-
uita solitaria & i patre edebat de omnibus que mõa chis licite conceduntur sed parum: de omibus qui-
dem: ut caute frangeret cornu tumide elationis. Pa-
rum uero ut tyrannidem dominatricem gulam quę multos uexat sepe & deridet tribularet clamans ad eam: tace. Sumendo etiam de omnibus parum de-
bellabat inanem gloriam. Per solitudinẽ ãt nemine eum uidente flammam fornacis nanis glorie redegit in cinerem & omnino fecit sopitam ydolorum cul-
tũ. deft auaritiam per dei misericordiã & penuriam